

MESSE SOLENNELLE DE LA VIGILE PASCALE

V/. Dóminus vobíscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

Orémus. **Oratio.** Deus, qui hanc sacratíssimam noctem glória Domínicæ Resurrectiónis illústras : consérva in nova famíliæ tuæ progénie adoptiónis spírítum, quem dedísti ; ut, córpore et mente renováti, puram tibi exhibeant servitútem. Per eúndem Dóminum nostrum.

V/. Le Seigneur soit avec vous

R/. Et avec votre esprit.

Prions. Ô Dieu, qui illuminez cette très sainte nuit de la gloire de la résurrection du Seigneur, conservez dans les nouveaux enfants de votre famille l'esprit d'adoption que vous leur avez donné ; afin que, renouvelés de corps et d'esprit, ils vous servent dans l'innocence. Par le même Christ N.-S. **Amen.**

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Colossénses. **Col. 3, 1-4.** Fratres : Si consurrexístis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens : quæ sursum sunt sápite, non quæ super terram. Mórtui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum Christus appáruerit, vita vestra : tunc et vos apparébitis cum ipso in glória.

Lecture de l'Épître de saint Paul Apôtre aux Colossiens. Mes frères, si vous êtes ressuscités avec le Christ, recherchez les réalités d'en haut : c'est là qu'est le Christ, assis à la droite de Dieu. Pensez aux réalités d'en haut, non à celles de la terre. En effet, vous êtes passés par la mort, et votre vie reste cachée avec le Christ en Dieu. Quand paraîtra le Christ, votre vie, alors vous aussi, vous paraîtrez avec lui dans la gloire.

Allelúia, allelúia, allelúia. V/. **Ps. 117, 1.** Confitémini Dómino, quóniam bonus : quóniam in sæculum misericordia eius. **Ps. 116, 1-2.** Laudáte Dóminum, omnes gentes : et collaudáte eum, omnes pópuli. V/. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius : et véritas Dómini manet in ætérnum.

Allelúia, allelúia, allelúia. V/. **Ps. 117, 1.** Célébrez le Seigneur, parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde est éternelle. **Ps. 116, 1-2.** Nations, louez toutes le Seigneur ; peuples, louez-le tous. V/. Car sa miséricorde a été affermie sur nous, et la vérité du Seigneur demeure éternellement.

Sequéntia sancti Evangéllii
secúndum Matthæum. *Matth. 28,*
1-7. Véspere autem sábbati, quæ
lucéscit in prima sábbati, venit
María Magdaléne et áltera María
vidére sepúlcrum. Et ecce,
terræmótus factus est magnus.
Angelus enim Dómini descendit
de cælo: et accédens revólvit
lápídem, et sedébat super eum:
erat autem aspéctus eius sicut
fulgur: et vestiméntum eius sicut
nix. Præ timóre autem eius
extérriti sunt custódes, et facti
sunt velut mórtui. Respóndens
autem Angelus, dixit muliéribus:
Nolíte timére vos: scio enim,
quod Iesum, qui crucifíxus est,
quæritis: non est hic: surréxit
enim, sicut dixit. Veníte, et vidéte
locum, ubi pósitus erat Dóminus.
Et cito eúntes, dícite discíplis
eius, quia surréxit: et ecce,
præcédit vos in Galiléam: ibi
eum vidébitis. Ecce, prædíxi
vobis.

Secreta. Suscipe, quæsumus,
Dómine, preces pópuli tui, cum
oblatióibus hostiárum: ut
paschálibus initiáta mystériis, ad
æternitátis nobis medélam, te
operánte, proficiant. Per
Dóminum.

Allelúia, * allelúia, allelúia.

Ps. 150. Laudáte Dóminum in
sanctis eius: * laudáte eum in

Suite du Saint Evangile selon
Mathieu. Après le sabbat, à l'heure
où commençait à poindre le premier
jour de la semaine, Marie
Madeleine et l'autre Marie vinrent
pour regarder le sépulcre. Et voilà
qu'il y eut un grand tremblement de
terre; l'ange du Seigneur descendit
du ciel, vint rouler la pierre et
s'assit dessus. Il avait l'aspect de
l'éclair, et son vêtement était blanc
comme neige. Les gardes, dans la
crainte qu'ils éprouvèrent, se mirent
à trembler et devinrent comme
morts. L'ange prit la parole et dit
aux femmes: « Vous, soyez sans
crainte! Je sais que vous cherchez
Jésus le Crucifié. Il n'est pas ici, car
il est ressuscité, comme il l'avait
dit. Venez voir l'endroit où il
reposait. Puis, vite, allez dire à ses
disciples: Il est ressuscité d'entre
les morts, et voici qu'il vous
précède en Galilée; là, vous le
verrez. » Voilà ce que j'avais à vous
dire.

Secrète Agréez, nous vous en
supplions. Seigneur, les prières de
votre peuple avec l'oblation de ces
hosties, en sorte qu'empreintes de
l'esprit du mystère pascal, elles
nous servent, grâce à votre action,
de remède pour l'éternité.

Allelúia, * allelúia, allelúia.

Ps. 150. Louez Dieu dans son
temple saint, louez-le au ciel de sa

firmaménto virtútis eius.
Laudáte eum in virtútibus eius : *
laudáte eum secúndum
multitúdinem magnítudinis eius.
Laudáte eum in sono tubæ : *
laudáte eum in psaltério, et
cíthara.

Laudáte eum in tympano, et
choro : * laudáte eum in cordis, et
órgano.

Laudáte eum in cymbalis
benesonántibus : laudáte eum in
cymbalis iubilatiónis : * omnis
spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui
Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et
semper, * et in sæcula sæculórum.

Amen.

Allelúia, allelúia, allelúia.

Et valde mane una sabbatórum
véniunt ad monuméntum, orto jam
sole, alleluia.

Benedíctus Dóminus, Deus
Israël : * quia visitávit, et fecit
redemptiõem plebis suæ :

Et eréxit cornu salutis nobis : * in
domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os
sanctorum, * qui a sæculo sunt,
prophetárum eius :

Salútem ex inimícis nostris, * et
de manu ómnium, qui odérunt
nos.

puissance ; louez-le pour ses
actions éclatantes, louez-le selon sa
grandeur ! Louez-le en sonnand du
cor, louez-le sur la harpe et la
cithare ; louez-le par les cordes et
les flûtes, louez-le par la danse et le
tambour ! Louez-le par les
cymbales sonores, louez-le par les
cymbales triomphantes ! Et que tout
être vivant chante louange au
Seigneur !

Gloire au Père et au Fils et au
Saint-Esprit.

Comme il était au commencement,
maintenant et toujours et dans les
siècles des siècles. Amen.

Allelúia, allelúia, allelúia.

De grand matin, le premier jour de
la semaine, elles se rendirent à la
tombe, avec le lever du soleil,
alléluia.

Béni soit le Seigneur, le Dieu
d'Israël, qui visite et rachète son
peuple.

Il a fait surgir la force qui nous
sauve dans la maison de David, son
serviteur,

comme il l'avait dit par la bouche
des saints, par ses prophètes, depuis
les temps anciens :

salut qui nous arrache à l'ennemi, à
la main de tous nos oppresseurs,
amour qu'il montre envers nos

Ad faciendam misericordiam cum
patribus nostris : * et memorari
testamenti sui sancti.

Iusiurandum, quod iuravit ad
Abraham patrem nostrum, *
datum se nobis :

Ut sine timore, de manu
inimicorum nostrorum liberati, *
serviamus illi.

In sanctitate, et iustitia coram
ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, Propheta Altissimi
vocaberis : * praebis enim ante
faciem Domini, parare vias eius :

Ad dandam scientiam salutis plebi
eius : * in remissionem
peccatorum eorum :

Per viscera misericordiae Dei
nostri : * in quibus visitavit nos,
oriens ex alto :

Illuminare his, qui in tenebris, et
in umbra mortis sedent : * ad
dirigendos pedes nostros in viam
pacis.

Gloria Patri, et Filio, * et Spiritui
Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et
semper, * et in saecula saeculorum.
Amen.

Et valde mane una sabbatorum
veniunt ad monumentum, orto jam
sole, alleluia.

pères, mémoire de son alliance
sainte,

serment juré à notre père Abraham

de nous rendre sans crainte,

afin que, délivrés de la main des
ennemis, nous le servions

dans la justice et la sainteté, en sa
présence, tout au long de nos jours.

Toi aussi, petit enfant, tu seras
appelé prophète du Très-Haut ; tu
marcheras devant, à la face du
Seigneur, et tu prépareras ses
chemins

pour donner à son peuple de
connaître le salut par la rémission
de ses péchés,

grâce à la tendresse, à l'amour de
notre Dieu, quand nous visite
l'astre d'en haut,

pour illuminer ceux qui habitent les
ténèbres et l'ombre de la mort, pour
conduire nos pas au chemin de la
paix.

Gloire au Père et au Fils et au
Saint-Esprit.

Comme il était au commencement,
maintenant et toujours et dans les
siècles des siècles. Amen.

De grand matin, le premier jour de
la semaine, elles se rendirent à la
tombe, avec le lever du soleil,
alleluia.

Postcomunio.

Postcomunion.

Spíritum nobis, Dómine, tuæ Répandez en nous, Seigneur,
caritátis infúnde : ut, quos l'esprit de votre charité ; afin que
sacraméntis paschálibus satiásti, ceux que vous avez rassasiés dans
tua fácias pietáte concórdes. Per les mystères de Pâques soient
Dóminum... in unitáte eiusdem. établis par votre grâce dans une
parfaite union. Par le Christ N.-S.
qui vit en l'unité du même Esprit.
Amen.

Ite, Missa est, allelúia, allelúia. **R/.** Deo grátias, allelúia, allelúia.